Albertus. Lapis borax a quodam genere busonis noiatur quod ip sum in capite portat:& est duoꝝ generū unū album aliquantulum fuscum:& alterū si uiuo adhuc palpitante busone extrahitur:in me dio habet oculum ceruleum. Et temporibus nostris extractus fuit unus de busone paruus uiridis Aliquos eciam uidimus busones ha bentes depictos in se. qui de hoc genere dicebantur. Vulgariter aūt Cropodine: dicuntur. ¶ Cuius uirtutes hee sunt. Sordes purgat in testinorum & superfluitates. Actor memini me aduc puero prope existente: uidisse unum ex illis qui omē genus tumoris : maxime ta men colli: solo tactu quiescere faciebat:cuius experimentum mani festum in mea propria matre uidi : qui eciā nulli nisi pignore qdra ginta florenorum oblato concedebatur. Dicitur eiam ualere cōtra uenennm.

De lapidibus incipientibus a C.

CALCEDONIVS.

Albertus. Lapis Calcedonius est pallidus & fuscus aliquantulum obscurus:hic si perforetur : & collo suspendatur dicitur ualere con tra fantasticas illusiones ex melancolia ortas. Eciam facit uincere causas & uirtutes corporis conseruat:& hoc ultimum expertum est multum.

LAPIS CALAMINARIS.thucia lat. Climia arab.Cadimia gre.& ponfolix.

Ponfolix scribit grecus: & ponfilix pfert Sic uocat eo q sunt apu losa.Nam pōfolix gre. est ampulla. Ponfolignes ampulle:& est pō folix siue ponfolingos. Tucia uera:leuissima uolatilis & alba quam Aui.Laudat. Vide ca. de ponfolix apud diast. capi. de thucia apud Aui.& Serap. q idem sunt Et est fuligo q eleuat:adherens tecto for nacis qñ extiguit es & fit auricalcū quod uocat apud Dyast.in anti q transla.ustū. Et est ex substantia eris & lapidis calaminaris qui di cit clmia arabice et cadimia gre. quo lapide tingit es: sublimat em ui ignis: & quod subtilius leuiusq est tecto fornacis adheret:& uo catur ponfolix & arabthucia:quod aūt ex eo fumo eleuato grossius est nō potens eleuari in tātum q adhereat tecto propter grauitatem sui & densitatem descēdit ad inferiora fornacis:uel adheret parieti bus Et uocatur a dyast.Spodiū. Fit eciā sine ere sola sublimatione lapidis. Est alia spēs thucie q allexandriā uocat silis corticib9 arbo rum int9 lenis:extra botruosa grauis facta:ubi multū fit auricalci ex eleuatōe ipsius fauille circa formulas terreas: q ob hoc fornacib9 su spendit adherens densat:q quidem fit ex fumo cuiusdā lapidis pro baturq quia artifices auricalci ex illa bonū auricalcū faciunt:eo mō do fit sicut ex calaminari lapide.Dyast.& plinius cōueniūt ī modō generationis ponfolix.Plinius de hiis & de aliis q in hoc ope gene rant in erariis inquir.Inueniunt que uocāt ponfoligon & spodion differentia q ponfolix lotura parat:spodios illota est.Aliqui quod est candidū leuissimūq pomfoligon dixerūt & esse eris & cadimie fauillā.Spodion nigriorē ponderosiorēq esse:derasū parietatibus fornaciū mixtus sint illis aliqñ & carbonib9. hec aceto psusa odorē eris parat.Et si tangat lingua:saporē habet horridū cōuenitq ocu lorū medicaminib9 quibuscūq uiciis occurrēs. Et ad omnia ad q spodiū.Hoc solū distat q huius elatior uis est.Addit & in ēplastris qbus leuis querit refrigeratio & siccatio. Vtilior ad omnia q uino lota:est spodios cipria q optima est.Fit aūt liquestētib9 cadimia:& erario lapide que leuissime efflat:& ocius euolat ex fornacib9: & te ctis adherestit a fuligine distās cādore Quod uero candidū ex ea īn maturi fornac argumētū ē,Hoc quidā pomfoligon dicūt. Quod

uero rubicūdius ex hiis reperit:acriorē uim habens:exulcerat adeo ut cū lauat:si oculos attingat:excecat. Est & mellini coloris spodios in quo plurimū eris inuenit. Sed quodcumq genus lauādo fit:utilius fit inquit & in argēti fornacib9 spodium quod uocant laurion. Vtilissima aūt oculis cōfirmat q fit in erariis.&c. Has puto quas cadimias argēti & auri uocat. Auice.de qbus supra. Itē antispodion uocāt cinerē fici uel caprifici uel foliorū mirti cū tenerrimis ramorꝝ partib9 uel oleastri ul' citonii mali uel lentisci. Itē ex moris īmaturis candidis in sole arefactis. Vel ex buxi toma aut rubi:aut terebīti uel oenantis:thaurini quoq glutinis aut lintheorꝝ cinere sili' pollere inuentū est:urunt omia crudo fictili in fornacib9 donec figulina percoquat. Et iterū in erariis officinis:et smegma fit iam liquato ere:et percocto additur carbonib9 paulatimq accensis:ac repēte uehemēciori flatu expuit eris pala quedā solū quo excipiat:stratum esse debet. Maxilli ab ea discernit aqua in iisdem officinis:diffrigen uocāt greci ab eo q bis torreat cuius origo triplex:fieri enī dicit ex lapide pirite cremato in caminis donec excoquat in rubricā. Fit & ī cipro ex luto cuiusdā specus arefacto pri9:mox paulatī circūdatis sarmētis. Tercio mō fit ī fornacib9 eris fece subsidēte. Differētia ē q es ipsū in catinis defluet scoria extra fornaces: flos supernatat: diffriges remanet. Quidā tradūt globos lapidis ī fornacib9 q coquūt ferruminati circa hec es feruere: ipm uero nō pcoquit nisi trāslatū ī alia fornace:& esse modū quendā materie. Quidā id materie qui pexcocto superfit diffregia uocāt. Et cetera habent ex hiis q pomfolix & spodion sunt idem quod thucia. Allexander Hic facit colliriū ad debilitatē uisus senū ex pomfoligon non lota balsamo:uino & melle: Cui simile scribit Aui.in quo loco pomfolix scribit thucia. Item Stefanus in sinonimis.pomfolix.thucia.

CALEFARIOS siue cacasanos

Albertus.hic lapis est niger. Virtus eius est uocem clarificare:et rau cedicem mederi

CARBVNCVLVS lat. Antrax.gre.

Alberrus. Hic lapis nō naturalis rubinus uocat. Lapis placidissim9 rubicūdissimus & solidissimus: habēs se ad alios lapides sicut aurū ad cetera metalla. Et qui uere est bonus:lucet in tenebris sicut carbo

& talem iam uidi ego Q ñ tamẽ iam bonus & uerus est emicat in te
nebris suፓfusa aqua clara & limpida in uase uitreo mũdo pollito.
Qui aũt neutro mõ lucet: hic nõ habet nobilitatẽ perfectam. Secun
dum aũt plurimũ sui reperit̃ in libia. Et licet habeat differẽtias plu
rimas ut ait. Euax. qui dicit eum habere vi. spẽs: om̃es dicunt̃ tamẽ
esse calẽ et sicce ſm plus et minus. Hic solus oim aliorũ lapidũ uirtu
tes habere dicit̃ specialis tamen eius effectus: est fugare uenenum

LAPIS. CANCRI

Hic lapis in oculis cancrorum reperit̃: et inueniũtur semp duo albi
coloris nõ trãsparentis: et expellũt lapidem renum cum fortitudine

CELIDONIVS

Diast. in propro ca. Inuenit̃ in uẽtribus yrũdinũ cuius genera sunt
duo niger & rufus colliguntur captis pullis yrundinũ: & scisiis eo
rũ uentribus iueniunt̃. Albertus. Rufus inuolutus panno lineo uel
corio uitullino. & sub sinistra asella portatus: dicitur ualere contra
insaniam & antiquos languores lunaticam passionem & Epilensi
am: eodem modo portatus. Euax autem dicit ꝙ facundũ: gratum
et placentẽ reddit gestantẽ se. Niger aũt ut Ioseph dicit contra noci
uos humores febres & iras operat̃. Et lotus aqua sanat oculos: & ad
finẽ inceptũ perducit negociũ. Et si inuoluitur foliis herbe celidonie
dicitur obscurare uisũ. Sunt aũt hii lapides ualde parui: & tales iam
uidimus per sotios nrõs de stomacho yrundinũ extractos de mẽse
augusti. Tunc enĩ exttacti magis ualere dicunt̃. Vt frequenter autẽ
duo simul ĩ una yrũdine inueni. Diiast. Rufus quidem sanat lunati
cos & languidos & in sanos in panno mundo ligatus & in sinistro
brachio egroti circũligatus ꝑterea facit gratissimos portantes se: fa
cũdos: amabiles & ydoneos. Niger similiter gestatus: optimũ finẽ
imponit: ad omnes iras regũ & dnõrum ydoneus est. Nam qui eũ
habuerit omnibꝰ placebit & ad arbitriũ suũ cũcta perducet. Sed cui
dolent oculi terit̃ cũ aqua: & inungũtur & sanabũtur. Sed cũ tollũt
lapides cauendũ ne pr̃ & mr̃ sit: qa meliorẽ effectũ habebunt. Niger
aũt ĩ panno lineo croco tincto missus tercianas: quartanas & quoti
dianas compescit aduersus omnem hũmorem aptus est excellenter

et contra iras & minas. Et lotus aqua sanat occulorum dolores: & ad finem inceptum ducit negocium. Sed si uoluatur in foliis celidonie obfuscat uisum. Sunt autem lapides parui ualde

CELONITES

Albertus. Ladis celonites est purpurei coloris & uarii: dicit̃ i corde testudinis in ueniri: quia quedã sũt maxime testudines habẽtes domos q̃ sunt ut uere margarite et nitentes. Dicit̃ q̧ diuinatorẽ facit eũ qui ipsum gestat sub lingua. Hanc autẽ uirtutẽ non dicitur habere nisi quando luna est primo in censa & crescens: & monoydes ultra decrescens. Et dicitur hic lapis ab igne non corrumpi.

CORALLVS. lat. Bassat arab. Lithodendon gre.

Corallus est quedam terrea substãtia que reperit̃ in locis marinis & montib⁹ maxime cauernosis locis & in mari existẽtibus. Quedam enĩ hũoralis glutinositas lapidib⁹ adherẽs: ex siccitate ꝓpria & caliditate maris & siccitate condensate in subam̃ lapideã transmutatur et qui ꝑ maiorẽ siccitatẽ fit rubeus: & per maiorẽ aquositatẽ fit alb⁹ frig. & siccus est in ii. sed albus frigidior est rubeo sed rubeus minus frigidus: siccior magis albo sed tã rub. quã albus usui medicine conpetit sed nũquam albus debet poni in medicinis nisi cũ determinatione: unde cum inuenit̃ simplicit̃ corallus: rubeus debet poni. Est ergo eligendus rub. qui grossus est & planus & clarus. Et q̃nto plus accedit ad rubedinẽ: tanto melior: & qui nulla foramina habet aut pauca. Albus eligẽdus est grossus: qui est planus. Et q̃nto magis intendit ad albedinẽ: tanto melior: & qui eciam est perforatus paruis foraminibus uirtutẽ habet constringendi & cõfortãdi consumendi et depurandi. Serap. lib. aggre. capit. proprio de bassat: quidem est quod est nigen sicut mergenam nigen radix est arboris: et bassat rami ipsius sunt: et nastuntur sicut rami aliarũ arborũ terrenastentiũ et fit nodosus ab aqua marina et in fundo maris. Et quando exit a mari: et occurrit ei aer stringit ipsum & indurat̃: et reperitur in aliquibus littoribus. Et melior ex eo ẽ rubeus quisimilatur assarig aut cinaprio bñ colerato cito frangibilis et ĩ partibus suis equalis & in odore suo sil̃atur odori lẽticule marine & ĩ figura sua est sil̃is arbori cassie lignee habẽs mltos ramos. Qui autẽ est petrificat⁹ est malus

Et sunt ex eo species alie nigri coloris habētes plures ramos quam rubeus: & odor eorū est fortior quā illius Virtus rubei est frā cum tēperamento: & desiccat desiccatione forti. Dyasc. ca. Corallus uel lithodendron. arbor est in fundo maris nascēs: que dū uelli cepit ac cepto aere grauescit. Nascit uero multū in Sicilia. Eligēdus aūt est in colore coccineo aut sandicino: unū habens colorem: & fragilis: odoris gratifici: tanquam cinamomi: & qui hoc non habuerit inutilis est. Virtus eius ē frigida & stiptica. Reprobādus aūt ē scabrosus uel lapidosus aūt psoratus fistulatim: uel diffusus: mollis. Quidē est corallus natura: sed post extractionē ex marinis aquis durescit siue lapidescit. Aui. li. ii. ca. de corallo. Nascit in maribus q̄ sunt in affrica: & ex eo alius ē rubeus: alius niger: alius albus. Est fri. in primo & siccus in ii. ¶ Cuius uirtutes sunt iste: qm̄ habet uirtutē occultā cōtra epilensiā & cōseruat domū a fulgure. Contra fluxū sanguinis nariū imponat puluis cū succo sanguinarie: et pillule inde facte narib⁹ apponant. Cōtra fluxū mēstrorū puluis ei⁹ cū athanasia & succo plantaginis ualet. Et puluis eius solus cū bombice cicius cōstringit. Cōtra corrosionē gingiuarū & oris precedēte ablutione cū aqua salmacia uel alūinosa. Conficiat puluis de duabus ptibus coralli & tercia rosarum: & ponatur super gingiuas. Contra fluxum sanguīs gingiuarū puluis coralli & antere supponatur: uel cum melle conficiat et illiniant gingiue. Puluis coralli imponit uulnerib⁹ & cōglutinat ea Contra emoptoicam passionē: sputū ul' uomitū sanguīs si fiat uicio spiritualium: ex duabus ptibus coralli subtilissime puluerizatis fiat cōfectō cū aqua ordei infusiōis draganti: & fiant inde pillule: quas teneat paciēs sub lingua singulas diu in ore resolutas trāsglutiat. Si fiat uicio nutritiuorū det puluis ei⁹ cū succo plātaginis. Et eodē mō ualet contra dissinteriā uicio supiorū. Ad idem: det puluis eius cum sorbili. Si fiat uicio inferiorū iniciat p clistere cū succo plantaginis. Serap. Corallus desiccat exiccatōe forti: unde abstergit pectus: & cōfert dissurie: & spuentibus sanguinē. Abstergit uisum: & ē bonus lacrimis & desiccat desiccatōe forti. Dyasc. Corall⁹ carnes supflue crescentes depascit. cicatrices oculis curat: alta uulnera replet: emoptoicis mire subuenit: dissuriis medicat. cum aqua bibitus splenē siccat: stomachi & uentris dolorē sedat cū aqua pluuiali bibitus. Nā hoc

probatū est profluuiū mulieris sistit si cū cornu ceruino usto & aqua tepida bibat Cōtra ictus fluminis grandinis facit. Et idem ca. coral lus: omnia ludibria somniorū repellit: & est maximū tutamē aduer sus iras demoniorū: scripto nomīe noctiluci: hoc est echare uel gor gone persona. nā eū portans nunquā capiet ab aliquo medicaīe nec a fulminea umbra. In bellis maximū adiutoriū est: uictoriā prebet & facilitatē impetrationis & introitū loci: preterea cōtritus & semi natus cū frumēto uel eciā puluerizatus: & cū aqua in arboribus as persus fructus multiplicat & amouet de terra grandines in uineis & oliuetis. Et in domo positus ab omni maleficio & umbris demonū & inanis somnii custodit habitantes. Et fulminibus in naui uentis et tempestatibus resistit. Aui. li. ii. ca. de corallo. Si terit & impleant ex eo concauitates dentiū infirmorū: eradicat eos: & confortat gin giuas. Et est sūm9 ī cōfortatione gingiue. Et Galienus quidē existi mauit ꝙ cum de corallo adusto & abluto si sumat pondus. ℥. i. cū quo terat dauit. i. gummi arabici & conficiat cū albūine oui: & bibat cū aqua frā. confert sputo sanguis. Et corallus proprie rub. confert omnibus egritudinib9 stomachi: ita ꝙ suspendatur sup ipsū directe Et dixit. Galienus. Ego expertus fui ipsū: & suspendi ipsum in collo eius qui patiebat dolorē stomachi: ita ut esset corallus sup os stoma chi: & remotus fuit dolor. Cum ergo accepi ipsū: rediit. sicut exptus fui lignū crucis in hn̄te epilensiā. Et qui suspenderit in collo eius in diebus sanitatis sue corallū rubeū: securus erit a dolote stomachi & propter hoc appendunt in collis puerorꝫ. Corallus quoq; prohibet fluxum sanguis: & abstindit carnē additā: & confortat stomachum abstergēdo & siccando humiditates īfixas in eo: & proprie quod est adustum ex eo: Et quod est ablutū abstergit uestigia ulcerū: & est cō ueniens lacris: retinet sputū sanguis: & adiuuat ad spuendū. Et sil̄r niger. Et quod ex eo p̄cipue ablutū est & adustū. Et est ex medicinis cōfortātibus cor & confert tremori cordis. Et bibit cū melle ꝓpter apostem. splēs: & ē iuuamētū ei9 & cōfert apostematib9 ītestinorꝫ

LAPIS COCHILII

Hoc nomē seu uocabulū ponit in quodā electuario. Aui. quod est contra uiciū lapidis: & quidā dicūt ꝙ est coclea marina que dicitur conchiliū. Et quidā dicūt ꝙ est coclea limaciarū. Secundū ueritatē

lapis cochilii ē coclea porfire marie. Et ē cochiliū marinū purpureū

CORANTICAS uel corauium

Albertus. Hic lapis cristallo ē sil'is ī fect⁹ colore ceruleo qui dicit̄ cadere aliqñ de nube cū tonitruo: & īuenit̄ in granata & hispania: sed hispan⁹ ē cādēs ut ignis. Cui⁹ uirtutes sūt iste. ꝓuocat dulces sonos & ad ꝑlia & causas uicendas: & cōtra periculū tonitrui dicit̄ opari

CORNELIVS lat. Hager Albatheth uel Salachil. ara.

Serap. li. aggre. ca. Hager albatheth Sūt eius m̄lte sp̄es & m̄lte minere: de fert̄ eni ex terris. Iameni & ex maritis romanoꝝ. Et melior ex eis est qui est plus trahēs ad rubedinē. Est autē ex cornelio sp̄es alia sil'is in colore suo aque q̄ distillat a carnibus salsis: in quo sūt linee albe infixe. Alber. in suo lapidario. Cornelius lapis est coloris carnei hoc ē rubei obscuri sicut carnis lotura. Hic apud renū fluuiū īuenit̄ freqn̄tissime. Et ē ualde rubeus colorē h̄ns ferme sicut miniū: & qñ politur: m̄ltū nitet ¶ Cuius uirtutes sunt iste. Expertū est ꝙ stringit sanguinē: & p̄cipue menstruorū & emoridarū. fert̄ eciā iras mitigare: Qñ defert̄ in annulo reprimit iracundiā: & causā litis ante iudicem: & reprimit fluxū sanguis vn̄cumq; exeat: & ꝓprie sanguis mēstrui. Et quādo fit ex eo dentrificiū abstergit sordes dentiū: & dealbat eos: & facit eos pulcros

COS gre. Hager almasem siue almēsem ara.

Lapis quo acuitur ferrū latine

Serap. li. aggre. ca. Hager almēsem. Est lapis quo acuit̄ ferrū. Cui⁹ uirtutes sunt iste. Fricatio almēsem q̄ accipit̄ ex lapide qui dicit̄. ysachsen prohibet augmētari mamillas puellaꝝ ante tempus & testiculos pueroꝝ: quia in frigidat. Et idem auc. dyast. Cū acuit̄ sup ipm̄ ferrū aliquod & linit̄ quod egredit̄ sup allopiceā: facit in ea nasci pilos. Et liniunt̄ cū eo mām̄ille puellaꝝ: & testiculi pueroꝝ: & ꝓhibet eos augeri. Et cōuenit apostematib⁹ amboꝝ eoꝝ. Et quādo sumit̄ in potu cū aceto conuenit dolori splenis & epilensie. Et fricatio eius cōuenit allopicie. Vbi sciendū ꝙ iste lapis uocat̄ sil'r cos ocularia qa in eo fricant̄ fiers oculorū. Vel cos olearia quia cū acuūt̄ in eo instrumenta ferrea: aspergitur super ipso oleum. Hic alio nomine dicitur cost. & est coloris uiridis. & romani ipsum uocant olearolā

CRISOLITVS

Dyast.In ꝓprio ca.Hic lapis lucidissimus est.& auro silis.Albertus Hiclapis tenuē habet uiriditatē lucidam in qua ad oculum solis mi cat ut stella aurea:& non est rarus.Dicitur autem uenire de ethiopia ¶ Cuius uirtutes sunt iste:qm̄ spiritualia(ut dicit̄)confortat: ꝓpter quod tritus asmaticis datur: fertur eciā ꝙ pforatus: & setis asini in foramine repletus : ac sinistro brachio alligatus : fugat timores me/ lancolicos pessimos & hoc dicit̄ in phisicis ligaturis.In auro eciam positus & gestatus:fugat fantasmata.Et dicunt quidā ipm̄ stulticiā pellere & sapientiam adducere. Dyast .Hic lapis applicatus rasure auri: filateriū est & tutamen aduersus nocturnos timores.Pertusus et traiectus cū setis asini & ī brachio sinistro ligat⁹:oīa dem oīa uicit

CRISOPASSIOS

Albertus.Gemma est ab ethiopia ueniēs.Dicit̄ lucere in tenebris et euanestere luce superueniēte ita ꝙ colorē nō retinet quem habet in obscuro.Et fit in ipso secundum diuersitatē luminis & tenebrarum reciprocatio colorum uelut ī quercu putrefacta & noctiluca

CRISOPASSVS

Albertus.Hic lapis ab india uenit:& raro inuenit̄ ꝓpter quod & ca rior estimat̄.In colore eciā est quasi sit ex succo porri uel prasii coag/ ulato habēs auri guttas:ꝓpter quod & tale nomē accepit quia criso aurum sonat in greco.prasiū:uiride uiriditate porri.Vnde uersus Marrubii folia sūt prassia: prassaq; porri ¶ Cuius uirtutes sūt sicut prasii lapidis. Ad omnes eciam cordis passionis efficax reperitur.

CRISTALLVS

Albertus.Hic lapis aliqn̄ fit ex frigore aliqn̄ autē ex niue: sicut sepe expti sumus : & maxime in germania ubi multū reperitur ¶ Cuius uirtutes sūt iste:frigidus oculo solis oppositus ignē eiicit.Si calidus sit.Hoc pficere nō potest. Dicit̄ eciā sitim restrigere sub lingua posi tus.Et expertum est ꝙ tritus: cum melle mixtus & acceptus a mulie/ ribus replet ubera lacte

CALX seu lapis uiuus

Hic lapis est m̄ltū notus.Inflāmat̄ aq̄ & nō oleo. Ad ustiuā mordi/ catiuā & ulceratiuā habet uirtutē q lotus sine mordicatiōe ī ungen/ tis & aliis medicaminibus ab extra : m̄ltas operatiōes nobiles pficit

DIADOCHOS

Albertus hic lapis est pallidus: dicit aliquantulũ berillo similis Cui⁹ uirtutes sunt iste: dicit fantasmata in tantũ excitare: ꝙ magi maxĩe hoc utunt: tamẽ applicatus defuncto uires amittit: quia mortẽ odi re perhibetur: quorum ratio ex libris magorum manifestatur

DYONISIA

Albertus hic lapis est niger guttat⁹ rubeis guttis. Cuius uirtutes sũt iste. Expirare facit uinũ & odore ipsius uini fugat ebrietas: ꝙ mira bile apparet. causa aũt ẽ ꝙ uinũ nõ odore sed uapore oppillãdo ĩdu cit ebrietatem: lapidis autẽ h⁹ odor simplr ẽ aperitiu⁹ & expulsiuus uapoꝝ

DIFRIGIS. Frigius. Lapis

Serap. li. aggre. ca. difrigis. auc. Diiast. Sunt eius. iii. species: una na stit solũ ex substãcia & gleba terre: & nastit sub petris: & in aqua in illa ĩsula (scilicet frigia: q postquã extrahit ab aq̃ desiccatur in sole: et postquã desiccatus est adurit sup terrã circũpositi lignis. Spẽs uero alia fex est eris que colligit qñ purgat es & hoc qñdo refusũ est es: & proiicit aqua super ipsũ donec infrigidat: & extrahitur ab ere & est formula. In aqua proiicit: & reperit sub eo hec spẽs: & habet stipti citatẽ eris ĩ arbore sua. Tercia uero spẽs fit ex marchasita qñ pluribꝰ dieb⁹ coquit ut calx. & fit color eius sicut magre: & extrahit a forna ce & reponit. Et quidam putant ꝙ fit spẽs quarta: ex eo quod est ex lapdibus ex quibus extrahit es. Nam qñdo incidunt in crucibulo ĩ quo conflatur es & extrahũt postea lapides reperit ex eo postea satis Melius aũt & electius de frigia est ille in cuius sapore inuenit sapor eris & ziniar: & est stipticũ: desiccãs fortiter linguã sicut alumẽ. Idẽ auc. Gal. Virtus hui⁹ pric spẽi ĩ sapore ẽ composita: nã ibi res stipti ca & parũ calida. Et uirtus eius. ii. incarnat & cõsolidat bene. Et ter cium cõfert ulceribus corrosiuis: & intrat in medicinis ulcerum oris Silr hic lapis solus administrat: aut cum melle. Et confert speciebus squinancie postquam remotus est & prohibitus fluxus humoꝝ qui fluebant ad hoc membrnm. Et ego cuidam dedi statim post incisio nem vuule: & fui usus eo in ipsa donec fuit consolidata & curata. Et confert ulceribus factis in pectore & ano. Et modus administratio nis eius ad hec est: sicut modus ad ministrationis in ulceribus oris et hoc, quia hec membra curantur cum eisdem medicinis.

DEMONES

Albert9. Hic lapis est bicolor ut arcus demõis q yris dicit: est aũt demon dict9: quod grece ĩtelle·tũ ul'stellã clarã sonat. Cui9 uirtuts sũt iste: dr cõfere febricitãtib9: uẽenosa pellere & tutũ & uictorẽ reddere

DRACONITES

Albertus. Draconites est lapis a capite draconis extractus. Et fertur ab oriente ubi sunt dracones magni. Virtus eius est efficax sicut lapidis qui uocat borax qñ de dracone extrahit adhuc uiuo palpitãte. Insidiant autem draconibus dormiẽtibus: & subito inciso capite draconis adhuc palpitãte euellũt lapidẽ. Anime enĩ actus multa cõfert eciã hiis supfluitatibusque generantur in animalibus: & mortis corruptio alterat ea qñ naturali humore corruptis humorib9 moriunt: qñdo mortua uel corrupta occisa iacent seu iacuerũt. Ego autẽ in ptibus allemanie in sueuia uidi lapidem super quem cõuenerant plus quã 20. serpentes inter montes in quodã prato: & cum trãsitũ faceret inde domin9 terre: milites euaginatis gladiis sciderũt serpentes in multa frusta. In fundo tamẽ quidã magnus iacuit serpens in multas ptes incisus. Et sub capite serpẽtis inuẽtus est lapis niger formatus ut piramys abcisa nõ plucidus incircuitu coloris pallidi: pulcerrimũ habens descriptum serpentem. Et hunc lapidem ab uxore cuiusdam nobilis michi presentatum uidi cũ capite eiusdem serpentis. Cuius uirtutes sunt hee. Dicitur uenena fugare que fiunt ab animalium uenenatorum morsibus. Victores dicitur eciam efficere

De Lapidibus incipiẽtibus ab. E.

ELITROPIA

Albertus. Hic lapis fere simul est smaraldo asp̃sus sanguineis guttis. Hũc elitropiã uocãt nigrom. & gemmã babilõie. Cui9 uirtutes sunt iste. Si lapis iste ungat succo herbe eiusdem nois & in uas aque plenũ inmissus: facit sanguineũ solẽ uideri sicut si pateret eclipsim cuius causa est quia totã aquã ebullire facit in nebulã q inspissando aerem: impedit solẽ uideri: sicut qñ est cũ rubore inspissa nube. Postmõ aut descendit rorando illa nebula sicut per guttas pluuie: oportet aũt ad hocq̃ quodã carmĩe sacratus sit: & quibusdã caracterib9

mixtus: & sicut arrepticii presẽtes scilicet diuinãdo quedã predicũt ppter quod templorum põtifices illo lapide utebantur: maxie in festis ydolorum. Dicit autẽ reddere hõinẽ bone fame: & large uite: & cõtra fluxũ sanguinis & uenena ualere. Dicitur. autẽ q unctus herba sui nominis: fallit uisum ita ut hominẽ prohibeat uideri. Inuenit autẽ pluries i ethiopia: cipro. & india

EMATHITES lat. litos ematitos gre. Sedeneg. arab. Serap. li. aggre. ca. Sedeneg auc. diascoridis. Lapis est sanguineus cuius color est similis colori sanguinis aut feruginis: & melior est ille: qui cito frangit cõparatione alicuius lapidis q nõ est sedeneg sed species eius: & qui est durus minus coloris ferruginei: equalium partiũ: mũdus a sordibus hñs uenas cũ quo pictores limpidãt aurũ et argentum. Adulterat aũt cum lapide scisso: sed discernitur quia lapis scissus seperat in uenas rectas: sed nõ est lapis scissus: q quãdo fricatur super cotẽ: egredit ex fricatione eius color bonus: sed sedeneg est magis tincta rubore. Et idem auc. Galieni. Sedeneg qñ fricatur super cotẽ dissoluit: & sapor eius est stipticus: & uirtus eius est desicatiua: & infrigidat in qñtitate in qua est stipticus. De uirtutibus eius inquit Serap. q conuenit asperitati oculi & palpebrarum. Sed qñ asperitas fuerit cũ apostemate calido: & debet fricari cũ albũine oui aut decoctione fenugreci. Et qñ fricatur sup cotem: cõuenit sputo sanguinis iuuamẽto maximo & cõuenit omibus ulceribus qñ liniũt cum eo: puluis eius subtilissimus puluerisat in ulceribus: & aufert carnẽ supfluam: & cõsolidat ulcera oculi & curat. Et qñ fricatur cum aqua in cote (. sicut diximus.) & datur i potu: stringit mẽstrua. Et quando bibitur cum uino antiquo stringit uentrẽ & fluxum uesice

EPISTITHES

Albertus. Lapis est in mari natus: rutilãs & rubicundus. Cuius uirtutes sũt iste. Incantationibus & phisicis ligaturis dicit ualere: & q gestatus tutũ hominẽ ferũt: & compescit seditiões. Et cõpestere eciã dicit locustas: grãdines: tẽpestates: uolucres: nebulas a fructibus tre Expertũ aũt est q oppositus oculo solis ignem & radios ignis emittit. Dicit aũt q hic lapis si in aquã feruẽtẽ proiicit: cessat ebullitio eius et post modicũ frigescit. Causa aũt huius alia esse nõ posset nisi p certo qa frigidissimus est & motus a calore bulliẽtis aque frigiditas sue complexionis agere incipit

ETYDROS

Albertus. Est lapis filiis in colore cristallo qui ꝑpetuis guttis distillat et tamē lapis nō minorat̄ nec corrūpit̄. Causa ī hoc ꝑfecto est qa de substātia lapidis gutte ille ne quaquā distillāt sed ꝓpt̄ nimiam frigiditatē aerē se tangentē cōtinue se mutat in aquā: sicut faciūt lapides duri & polliti post resolutionē frigoris. Hoc similiter ait Euax.

EXACOLITVS

Albert⁹. Hic lapis est uarius dissolutiu⁹: ut dicūt periti medicorum Vino permixtus & potatus ualet contra colicam & yliacā

EXACONTALITVS

Albertus. est sexaginta coloribus distinctus parue quātitatis ualde qui frequentius in libia inuenitur & apud trogotidas: & mouetur sepius: propter hoc oculos hominis dicitur efficere tremulos

EXEBENOS

Dyast. in ꝓprio ca. Hic lapis albus est & speōsus quo solēt aurifices aurū limpidare: Curat stomaticos potatus cū passul̄ & aq̄. Similit̄ amētes sanat potat⁹. Ad uenereas uoluptates mirifice facit bibitus qa nō patit̄ eos diu fatigari. Soluit eciā uesicā dolētē. Nā portatus partū sine egritudine conseruat & uelocitatē ꝑturiētis facit circumligatus femori.

De Lapidibus incipientibus ab. F.

LAPIS. FALCANOS. Harnethe. arabice. Lepnia. Arsenicum grece. Auripigmentum latine.

Hic lapis calidus est & sicus ī q̄rto: de uena terre fit. Sūt ei⁹ due spēs scilicet rubeū & citrinū. Citrinū conpetit medicine. Serap. li. aggre. ca. Harnech. auc. Dyast. Sunt eius due spēs scilicet rub. & citrinū & sunt eisdē minere. Melius autē ex eo est laminosū hn̄s colorē similē auro: & lamine eius sepantur facile: & sūt composite una sup aliam nō habētes admixtā terrā uel aliud. Rubeum aūt est eligendū: illud quod est ualde rubeū & cito frāgibile & m̄dm simile cinaprio: odor cuius est sicut sulfuris: est calidū adustiuū. Dyast ca. de arsenico. Nastitur in hellesponto ubi & sādaraca. Verum & optimū est: laciores laminas habens & aureū colorē: & sepabiles uenas a se: ut separari uideant̄: mundū: sine sordicie. Tale ī hellesponto nastit̄. Eius gene-

ra sũt duo: unũ est equale supra: & aliud fustum in colore sandarace et ex ponto &. Capodocia uenit. Istud uero assatur sic. Pone in testa noua: & carbõibus igneis suppone & frequenter agita donec ignescat & mutet colorẽ: & cũ friguerit repone. Quidam dicũt q ex auripigmẽto p quandã sublimationẽ fit risigall. & hoc idem iterũ sublimatur: & fit ex eo ruptoriũ forte. Aui. libro secundo cap. de Arsenico Aliud est albũ: aliud citrinũ: & aliud est subrubicundum. Melius ex rubeo est rubeũ imbibitũ rubedine quod est aptũ teri: & suo odore similat sulfuri. Et melius ex citrino est quod ẽ pulueri sabile armenũ aureum: & laminosũ subtile quasi ipsũ esset talc. Citrinũ est calm̃ in tercio: siccũ in. ii. omnia sũt putrefactiua: mordicatiua: quod ex eo rubeũ est: est melius. Cuius uirtutes sunt iste. Cõtra asma ex humida causa ponat auripigmentũ. sup prunas: & capite iclinato patiẽs recipiat fumũ per embotũ. Item. 3. i. auripigmenti cũ ouo sorbili sumpta: ad tussim ualet. Dyast. Virtus auripigti. est stiptica & calastica cũ ignea vi. & castaltica. Cũ calce uiua mixtũ & corpori illinitũ: pilos tollit. Vires habet arsenicũ ut ignis: adurere potest & alienationes consũere. Aui. Cũ guma pini est cõueniens allopicie. Fit ex eo emplastrũ cũ adipe & oleo & conuenit scabiei: & sahafati humide & putredini: & abstergit & adurit cutẽ. Et pmiscet cum mirra ad pediculos & uestigia sanguis. Et cũ pice uestigiis ignis. Et quidã ad ministrant cum oleo ad pediculos. Cerotum factum ex eo & proprie ex rubeo cõuenit herpestiomeno in ore & aure & ulceribus eorũ. Datur ad potandũ inflatis cum ydromelle. Et assumit cũ grano pini ad tussim antiquã & sputũ saniei & sanguis. Et mistet cum oleo rosarũ ad bothor & emoroiidas in ano. Quod ex eo sublimatum est: interficit. Et album ex eo interficit.

FLOGMVS

Plinius: Hic lapis in egipto reperitur: aurosum & flamineum habẽs colorem. Illinitus fronti somnium inducit

De Lapidibus incipientibus a G.

GAGACROMEON

Albertus. Hic lapis est uarii coloris sicut pellis cãpoli. Victores reddit gestantes se. Expertum antẽ dicunt esse ab Alchite principe quo

dam ꝙ quotiens hunc lapidem secum habebat: semper uincebat in terra & in mari: quotiens autem caruit: fertur hostibus succubuisse.

GAGATES

Dyast. Hic lapis inueniť in licia circa ripā flūinis qui Gantes appellatur coloris nigri. Et est alius pallidus & quasi lucidus: uel pallidus mediocriter leuis ualde ut solus super aquam natans inter alios lapides inueniť. Cuius est melior qui facile exarserit igne: & odorē aspalti habens medicine aptus. Et secundū pliniū optimus est qui ad lucernam accendiť. Euax in lapidario suo. Gagates & karabe quem quidā dicūt Lapidē de genere gemmaꝝ. Ego tamen reputo ipsum esse gūmi agiros: & inueniť in libia & britania iuxta litus maris: & abundāter inueniť in mari quod attingit aquilonarē partē theutonie: & ī anglia frequēter reperiť. Et est duplicis coloris scilicet nigrū et croceū: & est ꝑlucidū & glauiū: & declinās ad pallidū est iunctum cū citrino colore. Confricatū autē trahit palleas: & incensū ardet sicut thus. Dyast. Est dyaforeticus venena excludit. Emplastris podagricis miscetur: ardet accensus in aqua & oleo extinguiť solū: aqua solutus dētes mobiles cōfirmat: & rigores precordioꝝ & dolorum euersiones facit. Incensus serpētes fugat: epilēticos prodit. Accenditur & in aqua mittiť per triduū: & de eadem datur parturiēti & liberatur. Demōibus & omnibus maleficiis resistit: uirginitatē dephendit. Fictilia ex eo uasa scripta nō deleně. Mulieribus si desint menstrua hūc lapidē tere & pone sup carbones ardentes ut euaporet circū tecta pānis: & purgabiť sine noxia. Sed sciēdum ꝙ Dyast. hūc lapidē uocat: qm̄ apparet lapis: & ideo dicit: est ut gemma unde annuli fiūt. Sed in litera Agiros: dicit ꝙ est lacrimū agiros: populi arboris Euex. Cōuenit ydropicis & cōfirmat dentes ut aiūt. De exptis aūt est ꝙ lotus aqua pro suffūigationib⁹ suppositus inferius: prouocat mēstrua. Fertur eciā ꝙ fugat serpentes. Et ualet cōtra uentris & stomachi subuersionem: & cōtra fantasmata melancolica que quidā demones uocant. Aiūt autem de expertis: ꝙ si colatura & lotura ei⁹ cū rasura detur uirgini bibere ꝙ retinebit eam & nō minget. Si autem nō est uirgo: statim mingit: & sic dicūt ꝓbari an aliq̄ sit uirgo. Dūt eciam ualde ualere contra laborem parturientis.

GALACTIDES

Dyast. Hic lapis est colore cinereꝰ: gustu dulcis qui tritus lacteū colo rem emittit: Alb. Hic lapis est similis cineri :& ſm plurimū reperitur in nilo & acheloo flumine. Hic tritus dat saporē lactis & succus eius i ore clausus turbat mentē. Dicit eciā in libro de ligaturis phisicis : ꝙ ligatus in collo replet ubera lacte:& alligatꝰ femori mulieris facit par tus faciles. Aiūt. eciā pastores egiptii ꝙ si uespere cōtusus cū sale mix ta aqua oues circum sparganṫ replenṫ ubera eoꝝ lacte:& fugatur ab eis scabies: & generaliter dicit cōtra scabiem ualere Dyast. hic post balneū i ieiuno datus cū mulsa uł aqua lactis copiā ministrat. Lana filo facto & ptusato lapide circū collū ligaṫ: dicit p̄cedentia mala in obliuionē adducere & gratiosū reddere: Resistit iniurie. Et dolorē liberat dentiū circūligatus. Quod si mulieri difficulter parturienti filo facto de lana ouis fecūdis ligatus fuerit circa femur dextrū:con tinuo pariēt sine dolore:quia obliuisci facit. Dicit eciam ꝙ tenax est Nam in iudicio litigantes uincere facit

GRATIDEM

Alb. Hic lapis est nigri coloris. Probatur aūt ueritas hꝰ lapidis sic Si gestans lapidē totū corpus suū ungat melle muscis & uespis se ex ponat & itactus maneat ab eis lapis est uerus. Et si deponit lapidem musce & uespe super mel cadunt & sugunt. Et aiunt ꝙ in ore porta-tus facit bene iudicare opiniones & cogitatiōes. Fertur eciam ꝙ ge-stantem graciosum reddit hominibus. Ita similiter ait. Euax.

GIASAA lat. Hager aliasaa arab.

Serap. li. aggre. Eius mlte sunt spēs. Et est qui defertur ex yameni et ex terris syrye. Et melior est ille qui deferṫ ex yameni. Et est lapis in quo sūt colores multi diuersi:ut albedo:nigredo & alii:& nūquā est coloris sinceri. Et nō est uisū hominibus de yameni nec de regioni-bus eoꝝ ꝙ aliqs portauerit secū aut ponat in domo sua hunc lapidē quin uiderit i sōnis mirabilia. Et cū hoc facit portantē se esse litigio-sū inter hoiēs. Et qñ suspendiṫ super infantes auget bauas eoꝝ. Et si fiat uas ad comedēdū intꝰ uel ad bibendū : quicūꝙ cōmederit uł bi berit i eo nō potest dormire. Et qñ puluerisaṫ & aspgiṫ yacictꝰ cū pu luere ipsiꝰ: meliorat colorē eiꝰ mltū. Et ē lapis durior iter oēs lapides

GALATIDES Lapis lacteus

Pli. Hic lapis uelut cinereus est: gustu dulcis: latenter hūectat:& leui er cōstringit & ideo facit ad lacrimas oculoꝝ. A. li. ii. cū fricaṫ lapis

lacteus aqua: egreditur ex eo quoddã sicut lac. Et hic quidẽ lapis est cinerei coloris & dulcis saporis. Terit aũt cũ aqua & fuat quod resoluit ex eo in pixide plũbi. Et cõuenit i inicio apostematũ. Et fit ex eius fricatiõe alchohol. & ꝓhibet cursũ supfluitatũ ad oculũ & ulcera in ipso accidentia. Hunc estimo idem esse cum Galactides superius de scripto: quamquam in pantecta reperiant tria capitula distincta de, Galactide, Galatide & lapide lacteo.

GRANATVS

Alb. & Constãtinus. Hic lapis est de genere carbũculi. Est aũt rubeus & plucidus: in colore siliis balaustijs. Est aũt rubeus aliquantulũ obscurior carbunculo: & cũ subiicietur ei in sigillis niger color: tunc magis rutilat. Et in hoc genere inuenit quidã modus q intra rubore sparsus habet uiole colorẽ: ꝓpter hoc genus uiolaceũ dicit. Et pciosior est aliis granatis. Cuius uirtutes sũt iste. Dicit letificare cor: et pellere tristiciã: & est calidus & siccus. Et ꝙ quidã hũc dicunt esse de genere iacincti est falsũ. Inuenit eni lapis hic secũdum plurimos in ethiopia: & aliquotiens intra tyrũ iuxta arenas maris. Et i bohemia satis magna copia huius reperitur

GRISOLITVS

Alb. Gemma est coloris aurei. In horis matutinis uisu pulcerrimus est in aliis aũt horas dissimilis: ab igne aũt corrumpit & fugat: & ut quidã dicũt inflãmat: & ideo timere ignẽ dicit. Dicũt aũt alii aliud genus esse istius lapidis q est lapis ignobilis substãcie: & est marchasita aurea: que mediũ quoddã est inter lapides & metalla. Dicit aũt terciũ genus istius lapidis esse coloris medii inter ceruleũ & rubeum Curat scabiẽ & ulcera: & in manu gestatus calorem febris mitigare dicitur Vide si id em sit illud ca. cum suprascripto. de Crisolito: qm̃ id ita michi placet

De Lapidibus incipietibus ab. I.

IACINCTVS lat. Hager Iacinctos arab.

